Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nationis argumenta. Istos nonnuquam melius exemplorum cultus
Illis nonnunquam prodesse. Vt in suis allegationibus dicti taceant.
Istis vero aliquando sufficit. vt laudabilia aliorum facta cognos
cant. Vnde magister egregius sapientibus et insipientibus
doctor fuit ait. Cum hebreorum quosdam sapientes quosdam vo
cam tardiores amoneret. Illis de completione veteris testamenti
loquens eorum sapientiam argumento superauit dicens. Id enim
antiquatum et senescit, prope interitu est. Cum vero solus exemplis
quosdam trahendos teneret. in eadem epistola adiuuit. Alii
ludibria et verbera experti insuper et vinculum et carceres lapidati
sunt secti sunt temptati sunt. in occisione gladij mortui sunt
Et rursum memento prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum
dei. quorum intuentes exitum conuersationis imitemini fidem.
Quatenus et illos dictio ratio frangeret. et istos ad maiora con
scendere imitatio blanda suaderet.

Initer amonendi sunt impudentes atque aliter verecundi
Illos namque ab impudentie vitio non nisi increpatio
dura compescit. Istos autem plerumque ad melius exhor
tatio modesta componit. Illi se delinquere nesciunt nisi et a pliis incepent
Istis plerique ad conuersationem sufficit. quod eis doctor mala sua
saltem leniter ad memoriam reduxit. Illos melius corrigit qui
in vehendo reprehendit. Istis autem maior prosectus adducit.
si hoc quod in eis reprehenditur. quasi exlatere tangat. Impudetes
quippe uideor plebem domino apte increpat dicens. Frons mulier
meretricis facta est tibi noluisti erubescere. Et rursum verecundates
resuet dicens. Confusionem adolescentie tue obliuiscaris et oppro
brium viduitatis tue non recordaberis. quia dnabit tui qui fecit
te. Impudenter quoque delinquentes galathas apte paulus increpat
dicens. O insensati galathe. quis vos fascinauit. Et rursum.
Sic stulti estis ut cum spiritu cepistis nunc carne consummami
Culpas vero verecundancium quasi compatiens reprehendit. d.
Gauisus sum in domino vehementer. quia tandem aliquando
reflorui sis pro me sentire sicut et sentiebatis. Occupati enim
erratis. vt et illorum culpas increpatio dura detegeret. et horum
negligentiam sermo mollior uelaret

Initer amonendi sunt proteruii. atque aliter pusillani
mes Illi enim dum valde de se presumunt exprobrando
ceteros dedignantur. Isti autem dum minus sunt